



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

Vastovius, Johannes

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.

Hartgarius Eremita C.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38534

HARTGARIUS ERE-
MITA FLORUIT ANNO
CHRISTI 846.

SERGIO II. Pontifice.
LOTHARIO Imperatore.
OLAO Rege.



ECDVm ferox illa Gentilium in Christianos rabies per Sueoniam deferbuerat, cum fama eius rei ad S. Ansgarium peruenit, tum Ramsolæ exulantem, qui instar boni ac solliciti pastoris memor Dominici gregis, ne legatio sua in gentes, iniuria quapiam remoram pateretur, mox Hartgarium Eremitam laudatissimæ vitæ virum sui loco suffecit. Hartgarius sarcinam impositam non detrectans gentem ferocem adiit intrepidus, cuius non paucos conuersationis prædicationisque suæ sarena conclusit, illo largiente gratiam qui iturus in orbem vniuersum ad futurum se ipsis omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi recepit.

*Hartgarius
laudatissime
vitæ Eremitæ.*

De eo Scriptores rerum Sueticarum Adam Brem. Lib. 1. cap. 23. Abbas Stad. pag. 91. Albertus Crantz in sua Metrop. lib. 1. cap. 33. reliquum eius vitæ cursum, labores ac finem hætenus reperire nequii.

GOSBER-